Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36488
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



146.

in fine seculi erudiuturus et baptizandus est omnis fidelium chorus una candeq;
una uestitus in gradu. et comune adno debet spectare coronam iusticie. Rotun
dum erat in circuitu. ut orbis uniuersus in gyro. lauacro unte a sordes pecca
torum designaretur et mundandus. De quo bene subditur quinq; cubitorum altitu
do eius. quia nimirum quiequid uisu. quequid auditu. quequid olfactu. quequid gustu.
quequid tactu deliquimus. hoc totum nobis gratia di per ablutionem uiuifici fontis re
laxat. Si non sufficiat puritatem remissio peccatorum. si non quisq; deinceps bonis
studuerit insistere operibus. alioquin diabolus qui exierat de homine cum a
bonis uacare actibus uiderit multiplicem redeat. faciatq; nouissima hominis
peiora prioribus. Vnde apte subditur Et resticulum. xxx. cubitorum. cingebat
illud per circuitum. Per resticulum namq; disciplina preceptorum celestium. qua a nris
uoluntatibus religamur. potest apte designari. scriptura dicente. quia funiculus
triplex. difficile rumpitur. quia nimirum observatio mandatorum di que in
cordibus electorum. fide. spe. et dilectione supne retributionis firmata et nullo
temporalium rerum potest obstaculo dissolui. Et resticulum mare ambit cum sacra
mentum baptismi quod accepimus prius comunire operibus studemus. Quod nimirum resticulum
apte. xxx. dicitur et cubitorum. Quinquies enim seni. xxx. faciunt. Senario autem
numero in quo dies hominem fecit cum non esset. et cum perisset reficit. recte bona
operatio eius nra figuratur. Et sex per quinq; multiplicantur ut ad. xxx. puenias.
cum omnis nri corporis sensus diuinis humiliter subiugamur imperiis. Possumus
autem et aliter hunc tricenarium numerum mystice maris ni inconuenient
accipere. Ter enim deni. xxx. faciunt. et genus humanum ex pgenie trium
filiorum noe latitudinem totius orbis implebant. Sem quippe psapia asia. cham
posteri affrica. iafeth soboles europa et insulas maris obtinuit. Et qa myste
rium baptismi. cum exercitione bonorum operum. et spe celestium premiorum cunctis
erat nationibus ministrandum. apte resticulum. xxx. cubitorum mare illud in quo
baptismatis unda figurabatur cingebat. Si; et hoc dicendum qa dnus. xxx. habens
annos etatis. uenit ad iordanem baptizari a iohe. Qui quem suo baptismate
quod tricenarium accepit. unda nobis lauacri salutaris consecrauit. recte mare
quod dni baptisma figurabat. xxx. cubitorum restis circuibat. ut significaretur
dono illius qui baptisma sine peccato subiit. baptisma nobis omnibus ineundum esse
omnibus in remissionem peccatorum declinari. Et sculptura subter labium circu
ibat illud decem cubitus ambiens mare. Duo ordines sculpturarum hystriatarum
erant fusiles. cum predictum sit supra. quod resticulum. xxx. cubitorum mare circuierit.
et nunc addatur quod sculptura hoc subter labium posita decem cubitus ambierit.
Patet ex utraq; relatione quia uasetat in modum fiale repandum ac diffusum.
qa. xxx. cubitus circuitus quos habebat in labio usq; ad decem est cubitos co

arctatum.